

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

varijs tentationibus & cruce exercebo & probabo & mundabo vt peccatum in vobis mortificetur, & nouus homo expoliatur. Psal. 65. Probasti nos Deus, igne nos examinasti sicut argentum. 1. Pet. 1. Paulum adhuc, si opus est, conculcati varijs tentationibus, vt probatio fidei vestrae multo preciosior auro per ignem probato inueniatur in laudem & gloriam. 1. Corinth. 11. oportet Hæreses in vobis esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant.

Ipse inuocabit nomen meum, & ego exaudiam eum, (E) Dixi ⁊ populus meus ipse (est) & ipse dicet, D O M I N V S Deus meus.

De vera Deiuocatione.

Dulcissima descriptio ecclesie.

Caput XIII.

LOCI PRÆCIPVI SVNT.

I. De Excidio Ierosolymæ.

II. De propagatione Euangelij in omnes gentes, inchoata mandato Christi stantis in monte Oliuarum & ascendentis in cælum. Act. 1.

III. De postremo aduentu Christi ad nouissimum Iudicium.

IIII. De aternis pœnis Impiorum.

V. De aterna gloria p̃iorum.

Varij autem hi loci inter se miscentur.

Ecce dies DOMINI venit, & diuidentur spolia tua in medio tui. Et congregabo omnes gentes contra Ierusalem in prælium, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres violabuntur. Et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe. Et egredietur DOMINVS & præliabitur contra gentes illas iuxta diem prælij sui in die conflictus. Et stabunt pedes eius in die illa super montem Oliuarum, qui est è regione Ierusalem ab oriente: & scindetur mons oliuarum ex media parte sui ab oriente & occidente (vt sit) vallis magna valde: & separabitur medium montis ad aquilonem, &

De excidio Ierosolymæ & politione Iudaicæ; vel ecclesie Christiane vastatio sub Antichristo. In vrbe morietur fame & peste. Propagatio Euangelij inter gentes: vel defensio Ecclesie contra Antichristum. Sicut pugnare solet verbo & spiritu arguente peccata non armis. Christi ascendentis in cælum, Act. 1. vel in extremo iudicio. Discipuli, qui cum Christo in monte Oliueti fuerunt, medi-

medium eius ad meridiem. Et fugietis vallem montium meorum, quia pertinet vallis montium ad ^o Azal: & fugietis sicut fugistis à terræ motu, in diebus Ozia regis Iuda, & veniet ^{*} DOMINVS Deus meus, (^o) omnes sancti cum eo. Et erit in die illa, Non erit [^] lux pretiositatum & coagulationis, & erit dies vna: ea nota est DOMINO, non dies, & nō nox, & erit in tempore vesperæ [^] erit Lux. Et erit in die illa, exhibēt aquæ viuæ de Ierusalem, mediū earum ad mare Orientale, & medium earū ad mare nouissimum: in æstate & in hyeme erunt. Et erit ^o DOMINVS vnus, & nomen eius vnum. Et vertetur omnis terra tanquā planities (*seu desertum*) à ^o Geba vsq; ad ^o Rimmon ad austrū Ierusalem: & exaltabitur & ^o habitabitur in loco suo, à porta [†] Benjamin vsq; ad locum portæ primæ (^o) vsq; ad portam angulorum & turrem Mananuel, vsq; ad Torcularia regis, & habitabūt in ea, & ^o excidium non erit vltra, & habitabitur Ierusalem secure. Et hæc erit ^o plaga, qua percutiet DOMINVS omnes populos, qui pugnaverunt aduersus Ierusalem. Tabescet ^o caro vniuscuiusq; stantis super pedes suos, & oculi eius tabescent in foraminibus suis, & lingua eorum tabescet in ore ipsorum. Et erit in die illa erit tumultus DOMINI magnus in eis, & apprehendet ^o quisq; manum proximi sui, & euanescent manus eius super manum proximi sui. Etiam ^o Iudas pugnabit aduersus Ierusalē, & congregabuntur ^o diuitiæ omnium gentium in circuitu, aurum & argentum & vestes multæ valde. Et sic

spargetur toto terrarum orbe. ^{*} Synagoga seu Iudaismus desertus à pijs Iudæis, vel intelligatur de Aduentu Christi ad iudicium, in quo tota machina mundi rumpetur & mutabitur. ^o Mich.

1. Domus Azal auferet ex vobis stationem suā prope Ierolimam. ^{*} Amos 1. ^{*} Christus veniet per Evangelion in totum orbem cum suis Apostolis, vel veniet ad extremum iudicium. [^] Non erit lux nimium

excellens & densa ac spissa, sed iusti ac moderati & iucundi splendoris.

^o In fine mundi erit illustris & clara lux coram ostendens Deum. ^o Io. han. 4. 7. Spiritus sanctus per Evangelium cffluet in totum orbē. ^o Erunt perennes aquæ Evangelij, quæ æstate & hyeme propagabūtur.

^o Idola destruentur & fulgebit vera agnitio vnus Dei. Ephes. 4. Vnus Dominus, vna fides. Ioh. 17. Sint vnum, doceant vnum, fateantur & vnum.

^o v2a Geba vrbs erit

†
4. Reg. 14.
Porta Ephraim vsq; ad portam Anguli 400. cubiti.
2. Esd. 3.
Porta regis.
Porta piscium.

erit plaga equi & muli, & Cameli & asini & omnis iumentum, quod erit in castris illis, sicut plaga ista.

Et erit omne^a residuum de vniuersis gentibus, quæ venerunt contra Ierusalem, ascendent de anno^b in annum, vt adorent regem D O M I N V M exercituum, & celebrent^c Festiuitatem tabernaculorum. Et erit qui non ascenderit de familijs^d Terræ ipsius ad^e Ierusalem, vt adorent regem Dominum exercituum, non erit super eos^f imber. Et si^g familia Aegypti non ascenderit, & non venerit, nec super eos (*depluerit imber*) erit plaga qua percutiet D O M I N V S gentes, quæ non ascenderit ad celebrandam Festiuitatem tabernaculorum. Hoc erit peccatum Aegypti & hoc peccatum omnium gentium, quæ non ascenderit ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. In die illa erit super^h Tinnabula (*תִּינָבָה*) equi, Sanctitas D O M I N O, & eruntⁱ Lebetes in domo D O M I N I quasi^k phialæ coram altari. Et erit omnis^l lebes in Ierusalē & in Iuda^m sanctitas D O M I N O exercituum: & venient omnes immolantes, & fument ex eis, & coquent in eis, & non eritⁿ mercator vltra in domo D O M I N I exercituum in die illa.

ta sedes corporalis, sed vt hospites sub tabernaculis in vasto deserto huius mundi vagabuntur. Significantur autem noua & æterna tabernacula. ^d Paleslina. ^e Ad veram ecclesiam. ^f Pluuia verbi diuini. ^g Contemptum verbi sui Deus punit fame verbi Dei & alijs pœnis horædis. ^h Non tantum sacerdotes, sed etiam equites & politici erunt sancti Domini. Erit regale sacerdotium. ⁱ Omnes erunt sacerdotes offerentes victimas super altari Christi: non erit discrimen inter consecratos, & non consecratos. ^k Quibus excipiebatur sanguis victimarum. ^l Omnes erunt sacerdotes sancti ad offerendas spirituales hostias acceptas Deo per Christum. ^m Sanctificati Domino, in quibus carnes victimarum coquere licebit. ⁿ Mercator bouum & ouium & columbarum seu ementes & vendentes, quos Christus ex templo eiecit, Ioh. 2. Matth. 21.

munita in tribu Benjamin. ^e pres. .i. malogranatum, oppidum prope Geraram. ^f Ierusalem seu Ecclesia habitabitur in toto mundo. ^g Non amplius excidetur. ^h Pœna tyrannorum & Hereticorum persequendum Ecclesiam. ⁱ Omnes vires & robur amittent, quando adhuc se firmiter stare existimant. ^k Intestinis seditionibus & tumultibus inter se grassabuntur. ^l In ecclesia etiam sectæ & hæreses erunt. ^m Diuitiæ, opes, agri, vestes, propter quas hæc oppugnarunt Euangelion, auferentur ab ipsis: sicut Iudæi gentem & populum perdidērunt. ⁿ De uocatione gentium ad societatem veræ Ecclesie Dei. ^o Singulis annis seu quotidie. ^p Leuit. 23. Non erit certa